



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 74. Richardi Cenomanensis ac Dominici Soto sententia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI.

A.C. 1546

derent homines ad disputandum suopte ingenio proclives, satius duxerunt, distingere eos potius excutiendis Aristotelis essatis, & rationibus, atque interim verbo Dei cultum & reverentiam debitam conservare; cui plurimum decedat, necesse est, quando illotis vulgi manibus tractatur, aut curiosis, tanquam materia exercitandis ipsorum ingeniis, propinatur.

§. LXXIV.

*Richardi Cenomanensis, ac Dominici Soto sententia.*

Posterior hæc sententia eo usque urgebatur, ut Richardus Cenomanensis ex Ordine S. Francisci afferere haud dubitaret, quod fidei dogmata Scholasticorum opera nunc adeo sint enucleata, ut in posterum ex Scriptura ea addiscere nihil sit opus. Ea olim in Ecclesia legi, & in Scholis addisci solitum fuit ad populum institutum: nunc vero in Ecclesia legitur, ut orare doceat solum, qui unicus debet esse illius usus: non autem, ut addiscatur, atque hic est cultus ac veneratio a singulis Verbo Dei debita: illud vero omnino prohibendum est, ne quis discendi studio Scripturam legat, nisi qui in Theologicæ scholasticæ doctrina prius sit institutus, apud eos enim, qui in sacris literis versantur, Lutherani maximos faciunt progressus.

His

His ita prolatis Dominicus Soto Do-  
 minicanus fidei ac morum materias ab  
 aliis distinguens ita effatus est: *Circa fi-*  
*dem ac mores æquum omnino est, ut omnium*  
*ingenia inter limites jam positos continean-*  
*tur, in aliis vero nihil est incommodi, cui-*  
*que permittere, ut salva pietate, charitate-*  
*que in suo abundet sensu. Non fuit Patrum*  
*mens, ipsorum imitandorum necessitates aliis*  
*imponere, nisi in iis, quæ necessario creden-*  
*da, agendaque sunt, neque decretum Ponti-*  
*ficebus Romanis, quoties in Decretalibus suis*  
*aliquem Scripturæ locum in unum sensum*  
*interpretantur, eum in Canonem ita referre,*  
*ut fas non sit, ea verba in alium sensum ac-*  
*cipere, etiamsi ratio id suadeat. Ea quo-*  
*que mente fuit D. Paulus, cum dixit: uten-*  
*dum Prophetia, hoc est, Scripturæ inter-*  
*pretatione, secundum rationem fidei, id est,*  
*facta interpretationis ad articulos fidei rela-*  
*tione, absque qua distinctione fuisset in gra-*  
*via incommoda itum propter contrarietates,*  
*quæ in diversis expositionibus veterum Pa-*  
*trum reperiuntur, quarum una alteri refra-*  
*gatur.*

## §. LXXV.

*Synodi Patrum definitio circa sacras*  
*Literas & Traditiones.*

Omnes hæ rationes in generali cœtu *Pallav. c. 15.*  
 die prima Aprilis celebrato propo-<sup>n.</sup> 3. & 4.  
 nebantur, ibidemque agebatur de poenis,

li 5

quæ